tharsis. id est maris; Et in esaia. ululate naues tharsis;
Super quo ante annos plurimos in epistola quadam
ad marcellam. dixisse me memini; Non igitur pro
pheta ad certum locum fugere cupiebat. sed mare in
grediens. quocumque pergere festinabat; Et magis
hoc conuenit fugitiuo et timido. non locum fugae otio
se eligere. sed primam occasionem arripere naui
gandi; Hoc quoque possumus dicere. qui notum tantum pu
tabat in iudea deum. et in israhel magnum nomen eius. post
quam sensit illum in fluctibus. confitetur et dicit. hebre
us ego sum et dominum caeli ego timeo. qui fecit mare et ari
dam; Si autem ipse fecit mare et aridam. cur aridam de
relinquis? Arbitraris te conditorem maris in ma
re posse uitare? simulque instruitur per salutem con
uersionemque nautarum. et tantam multitudinem
nineue simili posse confessione saluari; De domino autem
saluatore nostro possumus dicere. quod dimiserit domum
et patriam suam. et assumpta carne. quodammodo de
caelestibus fugerit. ueneritque in tharsis. hoc est in ma
re istius saeculi; secundum quod alibi dicitur. hoc mare mag
num et spaciosum. ibi reptilia quorum non est nume
rus; Animalia pusilla cum magnis. ibi naues pertrans
ibunt. Draco iste quem formasti ad inludendum ei; Id
circo enim dicebat et in passione. transeat a me ca